



HONORES MAGISTERIALES
 IN
**GEORGIUM
 GOTTLOB
 RICHTERUM,**
 SCHNEBERGA MISNICUM,
 ET
 PHILOSOPHIÆ BACCALAUREUM,
 DIE VIII. FEBR. M DCC XIV.
 AB
 INCLYTO ORDINE PHILOSOPHICO
 LIPSIAE SOLEMNITER DELATOS
 GRATULANTUR
 PATRONI, PRÆCEPTORES,
 FAUTORES.

LIPSIAE,
 LITERIS JO. ANDR. ZSCHAU.





Mortua cuncta iacent, nullas humus
educat herbas,
Nec flores possunt iam velut ante
legi.
Ast Tua sedulitas hyemali tempore
floreit,
Nam semper constans & quasi verna fuit.
Verna sit ulterius, sic porro verna vigebit,
Sic Patriae vere fertilis esse potes.

Ita Doctissimo Dn. Richterō ex animo gratulatur

D. GOTTLIEB GERHARD TITIUS, P.P.
& Academ. h. t. RECTOR,

Q*vando se veteres felices esse iuebant,
Vox solemnis erat: Philosophare bene!
Hoc ego, cum de Te testentur publica verba,
Quod bene sis semper philosophatus, ago.
Scilicet ut reliqui, qui iam bona quaeque precantur,
Acclamo, ulterius philosophare bene!*

Nouos honores gratulatus scr.

D. GOTTFRIDVS OLEARIVS,
Th. P.P. & Decanus h. v.

Non interruptus labor omnia vincere nouit,
Vincit, quae magnis ardua visa viris.
Pigri cum videant, subducunt frena labori,
Et veras laudes non reperire queunt.
Tu non hac via procedere velle videris,
Praemia & hinc citius sedulitatis habes.

D. JOHANNES Dornfeld, S.

Cum nunc ex meritis orneris honore Magistri,
Non tibi deficiunt, qui bona vota ferant.
Non tibi deficio, sed gaudens gratulor aequae,
Et precor, ut crescas semper honore nouo.

D. JO. GEORG. ABICHT, P. P.

Kἄν τρεῖς ὄ, ἀόμιον θηλῆς ἀνάγκασα πρὸς Αἷμον,
Ἦσι γενῆ, πολλῶν ἠδὲ γέμισσα εἰμάτων,
Ἦν δὲ τις ἐξετέλεσεν ὁδὸν, τότε λείψια εἰώνων,
Καὶ μέλι εὐδρόσιων, κύδιμα δάμα φέρει.
Ταῦτ' ἔγνωις, Μισῶν ὄ, διὸ συνεχῆς αἷμον
Σπυδεῖς, καὶ μισθὸν τέτο τοῦ κῦδ' ἔχεις.
gr. scr.

CHRIST. FRID. BOERNER, S. Th. D. & P. P.

Philosophus dici, laus est, quam quilibet ambit,
Qui vere docti nomen habere cupit.
Hoc fundamento reuera nititur omnis
Rerum cognitio, quae modo cunque datur.
Tu, qui te Sophicis studiis hucusque dedisti,
Cum fructu credas, altius ire potes.

D. AUG. QVIR. RIVINUS.

Praemia virtutis nunquam cessare, videbunt,
Qui modo cultores illius esse volunt.
Tu quoniam cultor constans verusque fuisti,
Huius, quod dixi, certior esse potes.
Nimirum laurus tua iam iam tempora cingit,
Quae posthaec cingi crebrius, augur ero.

D. JOHANNES GVILIELMUS PAULI,
Anat. & Chirurg. P. P.

Das grosse Nicht-Haus dieser Welt,
Da ieder Daus sich vor einen Areopagiten
Aus Wahn-Wiß hält,
Hat den verfinsterten Verstand
Zum Præfidenten in der mitten:

Mit

Der durch das ganze Land
 Mit seinen Splitter-richten
 Den steten Streit will ohngebeten schlichten.
 Doch Du, Geliebter Richter/
 Wißt hier kein Mit-College seyn,
 Du richtest Sinn, Herz und Gedanken
 In philosphische Schranken,
 Und deinen Gang nach Weisheits-Regeln ein;
 Drum läßt sie nun auch mit Ehren
 Von Dir ein gutes Urtheil hören.
 Sie nimmet Dich in deren Orden auf/
 Die nach Vernunft den Ausspruch machen:
 Die Urtheil dieser Welt sind Carnevalls-Gesichter,
 Drum fürcht sie nicht in deinem Lebens-Lauff.
 Nicht Dich nach GOTT in deinen Sachen,
 So bist und bleibest Du ein rechter Richter!

aus gleichwünschendem Gemüth geschrieben
von

M. Gottfried Polycarpus Müller.

Intrepidus miles meritos expectat honores:
 Expectant Musæ digna brabea sibi,
 Quilibet assequitur, poscit quod justa voluptas,
 Dum modo constanter fungitur officio.
 Hoc hodie apparet, quum festa fronde revinctum
 Te videam; nam sic ornat Apollo suos.
 Pro meritis igitur, Fautor, Tibi grator honores:
 Plura Deus donet, mente manumque precor!

M. ANDREAS PECHTEL,



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506
K118
1017





HONORES MAGISTERIALES
IN
GEORGIUM
GOTTLOB
RICHTERUM,

SCHN
PHILOS
DIE
INCLYTO
LIPSIÆ
PATRO
LOSOPHICO
DELATOS
TORES,

LIT
HAU.

